Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

foeminas etiam ad successionem admissi liquido
jure constat.

Imò necessum est feuda prose & omnibus haeredibus
nominatim fuisse concessa, ut foeminis quoque succe-
dendi locus sit. Sufficit enim usu & observatione
(: quae maiorem obtinet vim, quam pactio expressis
verbis instrumentorum inserta, per supra dicta ad fi-
nem decisionis:) inductum esse, ut feuda ad omnes
haeredes ac successores transeant, aut etiam feudum,
eius alienatione semel facta, alienabile factum
fuerit, utique foeminis etiam patebit aditus.
Feudum enim alienabile etiam in foeminas, eorumque
descendentes transferri posse expeditum est.

Si enim tum feuda in extraneos transferri possent,
quanto magis in foeminas agnatas eorumque descen-
dentes transferri poterunt Cacheran: d: Pedem:
decis: 2b. n. 19. vers: Huc accedit.

Sunt & alia feuda, in quibus foeminae succedunt,
etiamsi pactum nullum intervenit, ut feudum iusto
precio, & maximè sic emptum, ut nec Juramentum
fidelitatis praestandum sit, per supra d: & feyf:
m c. si cui militi: in capit: ex ordin: Bald: in
c. i. §. & quia de his, qui feuda dare poss: cuius
sententiam propugnat: Hart: Pöstor: d.
lib. 2. part. 2. quaest: 34. n. 39. usque ad n.
37. exclusive: plurimis, ibidem alijs. n. 35.
citatis.

Item